



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1732. usque ad annum 1734

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1785

VD18 90119339

§. 47. Varii libri a S. Inquisitione Romana proscripti.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67683](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67683)

Sæc. XVIII. chionis subditis sex, pluribus graviter
 A. C. 1734. vulneratis. Hæc ubi intellexerat Le-
 gatus, totam rei seriem ad Papam &
 Cæsareos Belliduces perscripsit: qui
 circa Cæsarei aliquot equitum ces-
 rias ad Marchionis villam ablegat
 haud prospero tamen successu: Mar-
 chionis enim subditi Cæsareos in-
 dibili furore adoriuntur, & profusa
 rinq̄e multo sanguine pedes ratis
 compellunt: ubi vero Pontificis copie
 copix̄ in factiosos ruere parant, & Cle-
 mens Papa Marchionem, qui Venetias
 profugerat, ad saniora reuocare
 molitur, hic tandem abjecta su-
 nacia in obsequium rediit, & sua
 satisfactionem præstitit, victis
 Belliduces indictis severissimis
 inhibere, ne quis deinceps in
 ficias ditones hostiliter penetrare
 sumeret: Hac ratione demum
 inter Pontificiam atque Imperialem
 lam concordia est restituta, & Cle-
 mens Papa rem tam provide egit, ut Cæsarei
 rei nullam querulandi ansam
 rum haberent.

S. XLVII.

*Variis libri a S. Inquisitione Romana
 proscripti.*

Cum Clemens XII. Papa primas semper curas eo intenderet, ne doctrinæ morumque integritas per noxios, errorumque sordibus contaminatos libros corrumperetur, hinc quovis anno inauguratos ejusmodi partus atro carbone notari, & per S. Inquisitionis decreta in cunis suffocari studuit. Eo fine hoc anno die decima septima Maij ob plura falsa veris immixta proscriptus est Jacobi Seres tractatus de miraculis, quæ in confirmationem erroris a diabolo patrari haud posse probatur. Pari stigmatate signata erat die decima septima Maij *Historia de Populo Dei a sua origine usque ad Nativitatem Messie*, tam Gallice quam Italice edita, Auctore P. Isacco Josepho Berruyer S. J. Eadem die proscripta est Epistola quædam sic inscripta: *Lovanienses (antiquæ Facultatis Theologicæ) qui adhuc per Belgium superstites sunt, Discipuli, ad eos, qui hodie Lovanii sunt, Theologos de declaratione sacre Facultatis Theologicæ Lovaniensis Recentioris circa Constitutionem Unigenitus*. Porro per speciale decretum Clemens Papa die decima nona Junii unicum ejus Synopsi damnavit Joannis de Locke tentamen Philosophicum circa intellectum humanum ex Anglico a Patre Costa translatum. Die autem decima septima Maij prohibitorum Indici inserta

Sæc. XVIII.
A. C. 1734.

Sæc. XVIII. fuere Nicolai Holtii *Apophorea sacra* in
 A. C. 1734. *Dissertationum Theologicarum varii argu-*
 menti fasciculus necnon *Historia Fome-*
larii in Francia signandi, & Historia
cis, quam Clemens IX. Papa huic Anno
Anno 1608. reddidit, item Gordani
xandri vita Alexandri VI. Papæ
Filii Cæsaris Borgiæ, ubi de Caroli
& Ludovici XII. Franciæ Regum
agitur, Insuper liber, cui titulus
Status hominis post peccatum & de eius
prædestinatione ad salutem: necnon
sic inscriptus: Corona duodecim
seu practica devotio B. V. in honorem
maculatæ ejus Conceptionis unan-
venna ante ejus festum. Eadem
die proscripti fuere libri sequentes.
 I. *Historia Bajanismi seu hæresis*
Baij, auctore Joanne Baptista Du-
 II. *Cellarii Christophori Program-*
Historia Universalis, antiqua, modernæ
& Dissertationes Academica unan-
rum appendice. III. Thomæ Bar-
tractatus de Statu mortuorum & resurre-
tium, de fide & officiis Christianorum
cum appendice de futura Judæorum resur-
ratione. IV. Joannis Clerici Bibliothecæ
universalis & Historica. V. Ludovici
Tuberonis, Commentaria de rebus, quæ
temporibus ejus in illa Europæ parte, quæ
Pannoniæ & Turcæ eorumque finibus
colunt, gestæ sunt. VI. Joachimi
 Str

Swift, *relatio dolii, in quo quicquid in* Sæc. XVIII.
actibus & scientiis sublimius est, continetur. A. C. 1734.
 VII. *Andreas Christophori Ros-*
neri Thesaurus locorum communium Ju-
risprudentiæ. VIII. *Folia fugitiva circa*
Eucharistiam. Præterea jam dudum
 acerrima fervebat concertatio inter
 Leodienses Benedictinos & Canonicos
 Regulares S. Augustini circa præce-
 dentiam ac utriusque Ordinis præro-
 gativam. Hanc demum controversiam
 composuit Pontifex imposito utrique
 parti silentio, quo insuperhabito Ab-
 bas S. Egidii Canonicus Regularis ad
 Abbatis de Boneffa die secunda Maij
 Anno 1732. interpositam protestatio-
 nem publici juris fecit replicam, quæ
 tamen rursus confutata fuit, edita apo-
 logia pro *Monachis Benedictinis Diœcesis*
& Principatus Leodiensis. Attamen Pon-
 tifex hoc anno non modo replicam,
 sed & apologiam ob *transgressionem im-*
positi silentii proscripsit: die autem de-
 cima nona Januarii damnavit Caroli
 Gabrielis de Thubiers de Caylus Epi-
 scopi Antissiodorensis *mandatum occasione*
miraculi die 6. Jan. 1733. in Urbe Sali-
marensi patrati. Pariter per speciale
 decretum Clemens Papa perstrinxit
 die undecima Octobris Caroli Joa-
 chimi Colbert de Croissii Montpessu-
 lani

Saec. XVIII. A. C. 1734. Iani Episcopi epistolam Pastoralis
suae Diocesis Clerum & fideles directam
qua eis miraculum ad intercessionem Pa-
risii patratum annuntiatur, & ipsa
tra S. D. N. Papae Breve die 30. Oc-
bris 1733. editum praemuniuntur.
niquae die septima Decembris
probos libros rejectus est *Catechismus*
seu synopsis Christianae
doctrinae.



INDEX
See 2